

nus eundem Sanctum Patriarcham potiori liturgico cultu, qui ordinem immutaret jamdiu in Ecclesia sapientissime praestitutum, ditare minime sensit. Veruntamen quum saepe illius festum XIV Kalendas Aprilis affixum ob occursum Passionis, vel Hebdomadae Majoris ea die recoli nequeat, ac proinde ejus celebratio juxta rubricas aliquando nimium protrahenda sit, ne id in detrimentum vertat singularis illius obsequii, quod suo coelesti Patrono Universus Catholicus Orbis una simul exhibet; Sanctitas sua et Sacrorum Ritus Congregationis consulto, statuit ut iis annis, quibus praefatum Festum occurrerit in Dominica Passionis, transferatur in Feriam Secundam immediate sequentem, et quoties incidit in Majorem Hebdomadam, reponatur in Feria quarta post Dominicam in Albis tamquam in sede propria: servata rubricarum praescriptio quod translationem festorum iisdem diebus occurrentium.

Hoc autem decretum promulgari atque in rubricis Breviarii ac Missalis Romani adjici praecipit.

Die XV Augusti MDCCCXCII.

*C. Card. Aloisi, Marsella, S. R. C. Praefectus.*

*Pro R. P. D. Vicentio Nussi, S. R. C. Secretario.*

*Joannes Panzi, Substitutus.*

Loco  Sigilli.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Illa duae personae Josephum et Maria ad ordinem hypostaticum pertinentes. \*Prae aliis recte vocari debent lilia. ¶ Ob virginales nempe nuptias et castissimam cohabitatione cum filio suo Jesu.—Prae....

## LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Josepho Pater suo Jesus gloriam addidit, ne ipsi Josepho praedictam suam diminuere videretur. *Gasp.*—Tantae fuit dignitatis et gratiae Sanctus Joseph, quod Aeternus Pater ejus primatus similitudinem sibi liberalissime super incarnatum filium condonavertit.—*Gasp.*—Jesus, Maria et Joseph ea sortiti sunt manera, in ea domo quae sortiuntur in corpore humano cor, hepar et caput.—*Gasp.*—Arbitor virum dici caput suae Sponsae, quia sicut omnia membra corporis vident, audiunt, et denique sentiunt beneficium tantum capitis; ita mulier pro viri dumtaxat arbitrio debet suas vices exercere.—*Gasp.*—Nec Mariae solum caput existit Joseph, sed et Christo puerulo.—*Gasp.*—Joseph aliquod imperium exercens in Jesum et Mariam, creaturis aliis omnibus eminebat.—*Gasp.*—Sicut Maria in aeternum praevisa fuit in Matrem Filii Dei, ita et Joseph; et ideo convenientibus officio et donis ornatus est.—*Gasp.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Quidem qui invitabat frequenter in mensa sua representantes Jesu, Mariae et Joseph. \*Dictum fuit illi a Sacra Familia. \*Quia recepisti nos in domo tua ideo nos recipimus te in Domo nostra. Dictum fuit....

## LECTIO II.

*De cultu divini Josephi.*

Quod Ecclesia Sancta ab Spiritu Sancto gubernata et factorum cursu, lectionibus sapientium, occultu

divinae voluntatis impulso directo, et cum attentius considerasset magnam Domini Sancti Josephi dignitatem, quia divina Providentia eum eligeret, praepositum omnibus hominibus, ut de illo faceret Virginis Sanctissimae Mariae Sponsum, et Verbi incarnati vi ex triplici jure: conjugalis unionis, adoptionis, et blanditiae quam secum ferebat divina illa praedestinatio, quae eam, cum Maria, divinum matrimonium ad efformandum praedestinavit, quae Maria ipsum Deum factum homo paritura erat, et quod hac causa Sanctam eandem Ecclesiam, militantis omnis Ecclesiae desideria implevisse per immediata organa qui Domini Episcopi sunt; non nobis opprimat. Propter quod, ab omnium membrorum triumphantis Ecclesiae, Dominum nostrum, selegit Josephum, et ab omnibus sanctis, et etiam ab angelis omnibus seligens eum, Mariae ut Mater Jesus, jungit cum sit ille etiam Pater ejus, id est Jesus: et ex illius exaltationis vi in coelis, etiam inter fideles, hic in terra, eum exaltavit; et decretare cogitavit, et de facto decreta- vit, pontificia sua auctoritate, ut benedictus, laudatus et glorificatus tamquam principalis Patronus Universalis Ecclesiae et omni christiani populi sit in aeternum Sanctus Dominus noster Joseph. Amen.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Castissimum est tria haec nomina Jesus Maria et Joseph. \*Inscripta esse ab Aeterno et primo loco in libro aeternae vitae. ¶ Et haec omnia factura fuit per modum unius. Inscripta....

### LECTIO III.

*Exitit a domo nostrae immundus spiritus.*

Duplici modo ambarum familiarum Josephina.

rum unaquaeque ex domibus spectari possit; primo quasi unam civilem efficiens familiam; secundo vero ut religiosa, et modo, bene quidem possumus exclamare nos indigere; divini Josephi, speciale protectione, ut nos benedicat ita atque ita, unaquaeque ex domibus nostris, ut sit perfectissima imago domus Nazareth suis omnibus viribus agat et labores. Illa dies in qua hoc ita sit, Sacra Familia in nostra domo intrabit, hac, a perfecta observantia regularum suarum in paucis diebus efformata erit, et ex suis membris unusquisque statim perveniet ad sanctitatem quam suae regulae petunt. Ab illa die salutarem et saluberrimam in subditis Jesus augeat animationem; et in superioribus, Maria et Joseph. Ex hoc nunc Sacrae Familiae occurramus, praeculis habentes hanc esse magnam regulam, quae nobis ab initio data est; juxta typos vivificantissimos tamque gloriosissimos agamus, et fidenter tamque ita ut suas in nobis conservent et perficiant virtutes; tanta agamus cum fiducia adeo, ut in Jesu Maria ac Joseph, naturaliter, sanctitatem videamus, auctoremque ipsius vel hujusce sanctitatis, et ita cum magna agamus charitate, ut quaeque ex nostris cogitationibus, operibus atque verbis, theorice etiamque practice dicant, semper, semperque: Exiit a domo nostra immundus spiritus.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Certissimum est tria haec nomina Jesu, Maria et Joseph. \*Maximam habere proportionem significantem eam. ¶ Quae in ipsis personis unam Dei familiam constituentibus aderat. Maximam....

—DIA 7 DE DICIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Non enim supra caput deificæ quemadmodum virginis est, apponendum caput quod quasi deificum non existat; totum id quod, de Joseph potest praedicare, ei est attribuendum ex confugii sublimitate.—*Gasp.*—In Maria et Joseph tanta fuit gratia, quanta potuit esse maxima sub Christo.—*Gasp.*—Hæc familia: Jesus, Maria et Joseph fuit compendium totius rei sacrae.—*Gasp.*—Meum regnare, ait Jesus, est subditi Patri meo Josepho eo incolumi.—*Gasp.*—Quid Josepho negabit filius Dei? Quis filius nisi ingratus æternæ mandat oblivioni paterna beneficia?—*Gasp.*—Joseph non negabit peccatori ploranti, ita Maria meritis et intercessione tanti, tamque potentis et imperiosi Josephi, et si fas ut dicere, quedam jure inventis.—*Gasp.*—Tulit annulum quo sigilabatur litterae regis, et ideo tradidit Josepho in signum potestatis sibi concessae.—*Gasp.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Patrocinium Josephi in Judio est supra modum potentissimum. \*Filius meus Jesus pro iste meo devoto te oro. † Transfert hunc haedum mihi; sit agnus et inter filios meos numeratur. Filius....

LECTIO II.

*Exit a domo nostra immundus spiritus.*

Ut domuum unaquaque nostrarum quoad pietatem, religionem, bona opera animarumque salutem florescat, ordine, pace, concordia, tranquillitate

et collectione animi, ad prosperandum, et ad spiritualibus divitiis fruendum, omnes animas, quas Dominus sua infinita misericordia praedestinasset, et nobis determinasset et salvandas, quomodo peterimus id attingere, quum concupiscentiam oculorum carnisque concupiscentiam et vitae superviam nobis insunt et habemus? Id tantum a nobis attingetur si ejiciemus spiritum immundum, simulque in eam ponamus Sacratissimam Familiam Nazareth. Omnis Josephi auctoritas est benevola et affabilis; illi non est auctoritas ambitio completa; sed melius summæ humanitatis exercitium; estque tanti momenti onus, ut solus Pater Æternus sua cum voluntate ei facit leve et gratum; Jesus et Maria non cobatatione; sed voluntate obediunt, et dulciorem sentiunt satisfactionem, quum subjiuntur, quia in Domino Josepho, obediunt Æternum Patrem. Ita domus nostrae esse debent: ita Superiores nostri praecipere, sicut praecipiebat Sanctus Joseph; et ita obedire debent subditi nostri ut Jesus et Maria obediebant. Propterea, ut ita sit omnes magna voce repetamus. Exit a domo nostra immundus spiritus.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Mira cathena colligati sunt ab Evangelista Jesus, Maria et Joseph. \*Quia omnia quae Dei sunt Mariae sunt quia Mater ejus est. † Ita omnia quae Mariae sunt Josephi quia Sponsus et vir ejus est. Quia....

LECTIO III

*Exit a domo nostra immundus spiritus.*

Spiritus immundus jugiter in domibus et religiosis communitatibus intrat, et cum illo quamvis aliquan-

do præ se ferens species veritatis et bonorum, intrat etiam belli et discordiæ spiritus; sed quidem desinet spiritus iste domorum nostrarum quum submissionis spiritum atque obedientiæ introduxamus, qui in Nazareth vigeat. In Nazareth charitas obedientia atque reverentia vigeant et has virtutes Josephinæ familiæ tractabunt Jesus ac Maria fuerunt Josepho virtute voluntate et electione et quia hæc voluntas Dei erat; quia Æterni Patris hæc voluntas erat. Oh quantam ad domos nostras mittet pacem fulgentissimus ille spiritus domi Nazareth! Concordiam animarum in omnibus ejus membris, quantam infundet! quam reverenter Superiorem omnes subditi et inferiores collent; et Superior, quanta blanditia loquere- tur cum suis subditis! Non, ad pacifice vivendum non flagellis, punctionibus et hujusmodi aliis indigemus, et quia spiritum immundum a domo nostra ejecimus, qui omnia corrumpit, quæ inter Dei personas introducit belli societas et discordiæ omnem relinquet speciem. Amen.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Jesus, Maria et Joseph quæ Evangelista illos tres unum facit. Quasi quod quidquid uni eorum tribuitur alteri tribuatur. ¶ Ita qui Deum laudat Mariam laudat; et qui Mariam laudat, Josephum laudat. Quasi....

—DIA 8 DE DICIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Annulus hic signatarius erat quem rex tradidit Josepho, ut nomine suo quæ vellet diceret et ob-

signaret.—*Gasp.*—Ferunt nomen Jesu et Joseph patris ejus scriptum in frontibus suis: nomen Jesus et Joseph solum virgines capit.—*Gasp.*—Fuit igitur Joseph rubus ardens incombustus, de quo licebit dicere cum Moyse: Vadam et videbo visionem hanc magnam.—*Gasp.*—In manus ejus sunt omnes fines terræ; convenit cum proprietate Sancto Josepho.—*Gasp.*—Etiam ipse Joseph est manus Domini immo et manus dextera quia in manu ejus sunt omnes fines terræ.—*Gasp.*—Joseph aliquam divinitatem spirat; Joseph cor Virginis est; qui optime noverat Dominum esse cum eo, et virtus de illo exhibet, et sarabat omnes, et procidentes adoraverunt eum.—*Gasp.*—Rex optimus, Joseph pro isto orat, transfert hunc hædum. mihi sit dexter. Agnus induatur veilere, atque inter benedictos Patris mei filios in æternum numeretur.—*Gasp.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Utinam omnes Josephini in amore Patris nostri Josephi semper maneamus. Nec umquam de illo recedamus. ¶ Sed semper eum ex toto corde diligamus. Nec....

LECTIO II.

*Exit a domo nostra immundus spiritus.*

Salvatio Ecclesie Sacra Familia est. Vim Ecclesia undique partitur. Increduli opprimere coguntur, et pervertitur atque spoliatur ubicumque; cogitur quod ratio fidei præcedat; naturalia supernaturalibus, dogmatibus intellectus falsi absurda et visibilia invisibilibus. Vel negatus aut contradictus est Deus; Christus dispicitur; Virgo Maria in cœlis revoluta linguis infernalibus; monasteria virginum aboli-

ta, virginesque dispersae; sacerdotium factum est obiectio plebis. Omnia finita sunt Ecclesiae? Minime! Incrustabilia miremur Omnipotentis. Quod Sacra Familia ex omnibus spoliis Ecclesiae spiritum erigat. Splendorem vivificantem Jesus, Maria ac Joseph post multas tantasque ignominias ei communicabunt. Ecclesia in sua humilitate, nutu statu et pacifica mortificatione, tamquam novum Angelis et Deo apparebit cum divitias domi acquirat Nazareth. Aurum charitatis, rectitudo, argentum et gemmae diversarum virtutum Sanctam Civitatem, caelestem Jerusalem Sponsa ornatam, suo Jesu commitam, et ejus atque suo Josepho Patrono remunient. Sua in quiete spiritus interius a Spiritu Sancto dirigentur et perfectius. Tunc erunt animae fortes pugnantes et iniquitatem cum malo spiritu rejicientes. Beatus qui salutaris aerem possit respirare a domo Nazareth odorem! Beatus qui vocatus fuerit ad sitem in illa cisterna extinguendum, ad sedendum sub umbram illam, ad portandum ex illa fonte, se saturatum in mensa, Cogitatio hujus inebriat nos: Quid sentiendum de hujusmodi possessione?

Nos haec sublimia &c.

R. Deo gratias.

R. Nomen Jesu imposuerunt Deus, Angelus, Maria et Joseph. \*Deus quidem rem nomini praestando. ¶ Angelus praedicando, Maria imponendo et Joseph exequendo Deus....

### LECTIO III.

*Quid amplius ad divinum Josephum honorandum?*

Ut merito et congrue ad honorandum Sanctum Josephum imbibamur in diebus istis; et ut omnibus

signis agamus ut sit saepenumero animarum iudatus, honoratus et glorificatus, cogitemus quod Josephinum Institutum in diebus nostris et in Ecclesia locatus est, ut ambae Josephinae familiae agant ita at Dominus Sanctus Joseph magis ac magis laudatus honoratus et glorificatus sit. Nos, tam sorores nostrae Josephinae, quam PP. nostri Missionarii, simul cum vocatione ad nostrum sanctum Institutum divina speciale accepimus vocationem, et singulare praedilectione selecti sumus, ut quidquid habemus et quidquid habere possimus, praeterea, in Divi Josephi cultum et ad ejusdem honorem majoremque gloriam impendamus; et sicut Josephum Aegypti, videmus sole lunaque et stellis laudatum, significantes ejus familiam; ita et nos elaboremus ut eum adoratum Justitiae Divino Sole, D. N. Jesu Christo, mystica luna Virgine Maria, et omnibus stellis quae sunt omnibusque caeli sanctis et angelis; omne id tanta perfectione, et ardente amore Dei agamus et tantaque zelo, ut de facto, et si hodie non licet nobis videre ab omni creatura honoratum laudatum et glorificatum Dominum nostrum Josephum; attamen incipiamus sternere viam quae nos debet conducere ad felicissimum finem; et debemus magis ac magis ita agere, eo quod habendum est nobis in veritate doctrinae, ut obscuritas in qua primus in saeculis vixit Dominus Joseph, oratione, devotione, cultoque et augmento compensanda sit.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Donum autem incomparabile nostri divini Josephi fuit. \*Quia fuit ille virginalis Virginis Mariae Sponsus. ¶ Ideo ut Pater Christi, Joseph revera unus est. Quia....

—DIA 9 DE DICIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Dictus est Mariae: pasc haedos tuos; quia eos qui a sinistris propter sua peccata essent in iudicio collocandi, sua intercessione efficiet ut collocentur a dextris; ac de Sancto Josepho idem atque idem factum est; quia Sanctissimus Joseph ad animas salvandas, est sicut novus Noe.—*Gasp*—Joseph eodem tramite incesit quo Maria, et si non passibus æquis.—*Gasp*—Nulli umquam dabitur Joseph merita congruis illi laudibus adquare.—*Gasp*—Suscitavit Dominus Sanctum Josephum ad honorem nominis sui et ad caput et patronum militantis Ecclesiae.—*Gasp*—Joseph aliquam divinitatem spirat; Joseph extreme in iudicio audentius dicere potuit: Ego oh Deus immortalis, non minimum solum tuum essurientem pavi; sed te ipsum sitientem potavi, nudum cooperui, infirmum visitavi.—*Gasp*—Oh Joseph Sancte, et inter sanctos mirabiliter sancte, nos propitius.—*Gasp*.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Tempore tentationis nihil immutandum \*Circa vitæ nostræ statum. ¶ Sed in ea cum fervida spe in Patre nostro Josepho semper firmissime perseverandum. Circa....

LECTIO II.

*Quid amplius divinum Josephum ad honorandum?*

Si omnis qui se humiliat exaltabitur, et si semper majori exaltationi præcedet practica humilitatis pro-

fundissimæ; patet quod, Sanctus Joseph tam humiliatus et in primis sæculis ejus devotio et veneratio tam occultæ in primis existentiae Ecclesiae sæculis; patet. quod nunc fulgebit fervore inaudito et novo et omnis mundus impleatur fulgore suæ gloriæ. Propter quod Isidorus Isolanus dicebat, nostris in temporibus cultum divini Josephi floriturum esse, et hoc, ad impetrandum de coelo multas extraordinariasque gratias, remedium esse efficacissimum, his difficillimis temporibus. Et sicut divini Josephi cultum fulget specialissimo modo et ejus nominis gloriam fulgere tantopere et usque ad coelos elevare videmus, quia festum jam primæ classis est, et Protectio ejus in Ecclesiae Catholica est universalis, nomen ejus a cunctis orationibus locatum post Mariæ nomen est; suam commemorationem in suffragiis sanctorum esse antea apostolorum S. Petri et S. Pauli, et Leo XIII Encyclicam facit in qua suum commendat cultum, et in S. Josephi honore orationem propriam præscripsit ab ipso compositam; ita et nos annunciare debemus Ecclesiae meliores dies atque societati etiam, spectantes quod iterum per Josephum fiet mundus salvus, sicut olim regente Pharaone fuit per Ægypti Josephum. Oremus, spectemus et Divi Josephi per intercessionem et potentiam stupenda videbimus et magna.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Nazareth civitate illis temporibus multi sunt ad Deum conversi.\*Conversatione Christi ac B. V. Mariæ moribus. ¶ Meritis quoque ac meritis nostri divini Josephi. Conversatione....

## LECTIO III.

*Quid amplius faciendum ad divinum Josephum  
—honorandum?—*

An aliquid defuit faciendi in D. Josephi nostri Patris honore? Quamvis auctoritate careamus ad determinandum; tamen atque fulgente stella illi nati nostrae, sanctae vocationis, dicemus, quod aduc ad faciendum multum habere; et quod possumus, regula, accipere quod fuisset coeteris sanctis concessum, sed nihil nostro divino Josepho negandum sit, atque etiam concessum angelis; apertum est quod ad augmentandum magis ac magis hanc sanctam devotionem, agere potuimus. Quapropter libenter videbimus celebrari, 1° Festum ejus fugae ad Ægyptum et ejusdem regressionis cum Jesu et Maria; 2° Jesus Josepho subjectionis in domo Nazareth; 3° Sanctissimae ejus mortis ut et nos bonam attingamus; ut specialis Protector moribundorum in decimo tertio Julii Calds. in qua aliqui ejus devoti credunt Sanctum Josephum mortuum fuisse, vel in altera; 4° Praecepti festum omni catholico mundo, die quarto cals. Aprilis; 5° Ut nomen ejus ponatur in Missae Canone immediate post Mariae, et ut proprium habeat praefacium; et ut suum nomen etiam in letaniis sanctorum legatur immediate post Mariae, atque etiam in confiteor; 6° Ut declaretur cultum suum hyperduliae, 7° Ut omnibus Romanis Missalibus incertetur missa ejus, et aplicari possit pro agonizantibus et pauperos. Hoc et alia hujusmodi possunt fieri in honore S. Josephi et Divini Patriarchae; si omnia videri, vigentia gratissimum mihi erit; fac ut scias Institutum, ut hoc praeceptum ambabus familiis Josephinis a Su-

periore traditum est; et a suo suavissimo Patre commendatum Amen.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Non solum Sanctissimus Joseph Christum summo opere praedicavit. \*Ut certissime est. † Sed etiam typus fuit et exemplum omnium praedicatorum. Ut certissime....

—DIA 10 DE DICIEMBRE.—

## LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Joseph pro rege coeli animam ponens et substantiam; non lupos, sed tyranos saevissimos ab eo fugavit, coeteris exempla praestans, ut in cultu Christi maxime se exercent, quo filii Dei in Æternum fieri mereantur.—*Gasp. A.*—Aperiens coeli por tam gradus schalae supremus, non est aliud quam Joseph vir Mariae.—*Gasp. A.*—Non credas Christum unquam oblivioni daturum, quantum Joseph pro eo laboris substinuerit, quantum illi debeat, atque ideo multa pro eo, et fecit semper olim et in illius gratiam devotis ejus facere, paratus in Æternum erit.—*Gasp. A.*—Benedictio Verbi incarnati sit super noster Joseph; ideoque salus nostra in manu Josephi est.—*Gasp. A.*—Fuit noster Sanctissimus Joseph potentissimus, in patrocinando; promptissimus, in auxiliando; universalissimus, in beneficiando; fortissimus, in jubando; fidelissimus, in socorrendo; communissimus, in opitulando; ideoque infinita miracula facta a Deo, in suorum devotorum favorem et jubamen.—*Gasp. A.*—Sanctissimus Joseph vir et Sponsus virginis, cum sanctorum multitudine sociatus sedebit auxilium et

protectionem sutilissimam humili dovoto suo impar-  
tendo.—*Gasp A.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Scio bone Joseph quod derelinquere soleas uti-  
liter nos filios tuos.\*Sed magis ac magis peto pro me  
et filiis meis. ¶ Ut deseras nos usque ad nimieta-  
tem. Sed....

### LECTIO II.

*Quid amplius faciendum ad divinum Josephum  
—honorandum?—*

Sicut Domino Sancto Josepho juxta Josephinos  
Doctores agentes de eodem Sancto, non solum at-  
tribuendum est omne quod concessum est aut da-  
tum altero alicui Sancto; sed quod ab ordine gratiae  
sejunctus fuit, et in ordine bypostatico locatum, aut  
quod idem est, in Dei ordine, sequitur ut ambae  
Josefinae Familiae laborare debent, cum scriptis;  
operibus, et orationibus, ut cognoscatur sicut in se  
est divinus Joseph; curandum eis est celebrationem  
ejus immaculatae conceptionis, ita ut celebratur  
conceptionem Mariae; ortum ejus, sanctissimam in-  
fantiam et juventutem; sicut nunc celebratur sa-  
ratissimam desponsationem. Procurandum quoque ut  
celebretur divina sua paternitas, ejus realis potentia,  
vera atque unica erga in Jesum et Mariam, ut  
exemplum sit patrum familias et omnium superio-  
rum; curandum etiam, ut ejus dolores et gaudia, et  
non solum in genere; sed etiam vigilatim celebren-  
tur; ut divina ejus mors et sepultura, resurrectio  
gloriosa et ad coelos ascentio celebretur: ejus coro-  
natio in gloria a Deo Patre, Deo Filio, et Deo Spi-  
ritu Sancto facta; et occupatio ejus gloriosa in au-

gustissimo throno collocatus ad Jesus sinistram. Ita,  
filiis, nos vocat Deus; ad hoc vocati sumus; a Deo  
ambae familiae Josefinae recipiunt occupationem ita  
mirabilem, ut simul melior et excellens est. Utinam  
indigni nos redamus numquam per peccatum his  
omnibus gratiis. Amen.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias

R Noster divinus Joseph honoratur in Evangelio  
tribus rationibus.\*Primo ut Sponsus Mariae; secundo  
canonizatus in Evangelio; tertio vocatur Pater Dei.  
Oh nimis, felix et beatissimus vir cujus laus sic est  
in Evangelio! Primo....

### LECTIO III.

*Quid faciendum ad divinum Josephum  
—honorandum?—*

Dignum, et necessarium est multum, ut circa Do-  
minum S Josephum se gerat, suo cum fervore, devo-  
tione atque operibus. Sed, quod multoties et etiam  
sæpenumero, quum afflictus, desolatus, et gravi pon-  
dere oppressus nesciebam quomodo a tantis magnis-  
que essem liberatus, et videns oriam pauperem nos-  
tri Instituti quasi submergentem, tempestatis hor-  
ribilissimae effectu quae supra eam nutabatur et in  
abyssum projicienda erat a fluminis impetu; omni  
veritate manifestamus multoties hoc accidisse in na-  
viculam imposuimus divinum Josephum, et statim  
tempestas placabatur spei lux apparebat. Quapropter  
omnium filiorum meorum qui calamum possideat,  
scribat; qui piniculum pingat; qui verbum praedicet,  
et qui alia non posset facere, oret, practicet, suppli-  
cet, instet opportunitet importuneque Jesum et Ma-  
riam, ut nostris in diebus videamus Patrem et pos-



terioris Sponsum Josephum, cum magis honoribus, qui per suam gloriam, dignitatem et merita ei competunt, tamquam Sacrae Familiae, ut director et gubernator qui est ipse Joseph.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Josephi nomen est oleum effosum et fructus odoris et honestatis. \*Quia memorato nomine Joseph, recordamur statim. ¶ Nominis Jesus dulcissimi et nomini Mariae suavissimi. Quia....

—DIA 11 DE DICEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Nostrum Sanctissimum Josephum nemo dubito fuisse, velut compendium virtutum omnium.—*Gasp. A.*—Nihil minus animus pietate imbutus, pie et rationabiliter credere potest beatum Josephum, post beatissimam Virginem in gratia coelesti proxime attingere Christum.—*Gasp. A.*—Quantum potest, tantum auge, quantum vales, tantum aude, major ita Virgo excellentior et superior est; idem de Sanctissimo Josepho exceptu ejus filio, et sua Sanctissima Matre revera dici potest.—*Gasp. A.*—Noster Sanctissimus Joseph omnes superat, solis Christi et Virginis exceptis; tamen Ecclesia, non multum solemnitatem ejus ordinavit, propter vitandum dicta haeticorum.—*Gasp. A.*—Beata Theresia unice collebat Sanctissimum Josephum, eundemque omnibus commendabat, asserens se per intercessionem, alius multa et magna, immo omnia quae habebat a Deo impetrasse.—*Gasp. A.*—Est Joseph unus sum-

mus, primus, et solus quasi Deus.—*Gasp. A.*—Josephus praeit illi omni, quod sub Maria magnum est.—*Gasp.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Te nobis filiis tuis protegente misericordiosissime Joseph. \*Etiam nostra desolatione durante. ¶ Mire jubabunt patientiae servandae studium et futurae aeternae gloriae consolatio. Etiam....

LECTIO II.

*Non cognoscunt Parentes ejus.*

Quaerunt Maria et Joseph Jesum statim postquam perdiderunt eum, et non alicujus praecepto; sed ejus vi muneris, quia Parentes ejus ambo erant, per quod, Filius ipse Jesus Christus D. Noster verbis Mariae, respondit, quum dixerit ei, eo quod Joseph Pater ejus et Maria SS. Virgo, Mater ejus, eum quaerebant: Quid me quaerebatis? Maria, ei dixerat: Ecce Pater tuus et ego dolentes quaerebamus te, et ille respondit: Quid me quaerebatis? In quo Maria suam dignitatem Matris Jesus, et Joseph dignitatem in appellando eum nomine Patris Jesus manifestavit; et praeterea, in primus novmavit illum quia Joseph fuit prius Pater Jesus per suum concensum; et sicut dedit Mariam concensum ut in suis visceribus sanctissimis et virginalibus divinus Filius fieret incarnatum Verbum; ita et Joseph ipsum concensum dederat, ut Spiritus Sanctus, in SS. Virgine ejus Sponsa, praedictam et desideratam operasset incarnationem. Quam magnus est Joseph! quam Sanctus! quam perfectus! Quapropter Evangelista dixit: "Non cognoscunt Parentes ejus," quia primi dici in vespere in qua a Jerusalem ad Nazareth rediderunt, am-

bo quin eum cognoscerunt invicem absque Jesu invenerunt; et dolor maximus, turbatio inconsolatrix, et profundissimum suspirium, ut hic, illic, ibi et undique et utrobique in illius consequutione viam tenderent. Amen.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Serviant tibi oh Joseph populi et adorent te omnes tribus terrae.\*Atque omnes judæi et gentiles. ¶ Adoraverunt S. Josephum ut salvatoris Patrem. Atque....

### LECTIO III.

#### *De Sacra Familia.*

Juxta auctorem, ut videbitis, Sacra Familia semper fuit, est et erit Sacra Familia; et per consequens tria membra quibus coalecit absque peccato esse oportet, et non solum actuale; sed etiam habere non potuerunt, juxta actuale rerum ordinem, originale peccatum. Non Jesus, quia est essentialiter impeccabilis; non Maria, quia similiter est per gratiam et privilegium; et non Joseph, ait auctor Opusculi, quia debuit esse ita, per gratiam et privilegium; e converso potuisset nominari omne veritate Sacra Familia. Pro inde, ponere Divinum Josephum in originale peccato, videtur etiam opponi ideam magnificæ, quam Concilium Vaticanum, paulo postea Pontifex Pius IX atque nostris in diebus Leo Papa XIII dare nobis voluerunt utrique, quum, Sancti Domini Josephi sub potentissimum patrocini-um, omnem Ecclesiam universalem, posuerint; quum, ejus augmentarent cultum ita, et quum nobis ponerent cognitionem in illa luce fulgentissima sem-

per procedente a Sancta Sede, et quæ specialissime verificata est, loquendo de Sacratissima Familia.

¶ Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Benedicite igitur omnes filii et filiae nostro divino Josepho.\*Quia ut membra nostri sancti benedicti Josephini Instituti. ¶ Ut benedictionibus coeli et terrae, animae et corporis abundantissime repleamini. Quia....

### —DIA 12 DE DICIEMBRE.—

### LECTIO I.

#### —EX DOCTORIBUS.—

Vult Deus significare omnibus patrocini-um Sanctissimi Joseph implorantibus, quod sicut ipse in hoc mundo, voluit subditus esse Josepho, et ejus obedire mandatis; ita etiam in coelo.—*Gasp. A.*—Hujus Sancti Josephi encomiastæ ingrediuntur oceanum meritorum istius viri, infra quem est omne, quod sub Maria exurget; Joseph enim oceanus meritorum est.—*Gasp. A.*—Cum Joseph creandus, tunc dignior fuerat omnibus cesandis infra Christum et Mariam; providus enim ille parens media disponit nusquam recessura a tam nobile fine: ideoque gustate et videte quam suavis est Dominus Joseph.—*Gasp. A.*—Omnes quibus periculosæ instituuntur profusiones, locaque abunda sunt parum tuta, Sancto Josepho committere debent; et ex illo comitante, securitatem, tutelam et intercessionem petere, et fideliter sperare.—*Gasp. A.*—Post Christum et Mariam Josepho salutem suam mundus debet; et universe omnium Pater constitutus est; hac de cau-